

SACRA ROMANA ROTA

Coram R. P. D. ERNESTO FIORE - *Ponente*

*Nullitatis Matrimonii
Sententia definitiva*

(5-III-1985)

(*Omissis*)

FACTI SPECIES

G. V., ortus die 6 decembris a. 1927, ibidemque tunc domicilium retinens, ubi peritum in iudicialibus negotiis agebat, anno 1961 cognovit J. B., natam die 15 maii 1926, quae ibi concinnatricum negotium gerebat. Mulieris venustate captus, matrimonium G. in proposuit, quod ipsa acceptavit.

Videtur vir aliqua mira in sponsae sese gerendi ratione notasse, potissimum id quod haud excelsa affectus signa sibi ostenderet, ast rem parvi rependit et ad nuptias processit, quae celebratae sunt in celeberrimo mariano sanctuario oppidi Lourdes die 18 augusti a. 1962.

Praecesserat civilis ritus, die 14 eiusdem mensis.

Vita coniugalitatis haud laeta usque a nuptiali itinere fuit, praesertim ob difficilem uxoris indolem et irrationalem se habendi modum; ita ut cum anno 1965 ipsa G. civile proposuit divortium hic non obstiterit. Divortium reapse pronuntiatum est ob utriusque culpam die 5 ianuarii a. 1966.

Virum deinceps Nicaeam ad Varrum transmigratum J. secuta est. Non renuit ipse auxilium ei praebere in angustiis versanti ob inepte gesta negotia; hinc secuta est reconciliatio et coniugalitatis vitae resumptio.

Die 27 aprilis a. 1967 J. filiam peperit, et duobus post annis filium, qui brevi e vivis ereptus est. Cum civile

vinculum antea cessasset, filii recogniti a parentibus sunt tamquam naturales coram civili statu.

Cum magis intolerabilis in dies facta esset communis vita discessit G. ac die 10 aprilis a. 1976 tribunal ecclesiasticum regionale Massiliense adivit nullitatem matrimonii declarari rogans ob J. «incapacité provenant de la maladie mentale, et qui la rend inapte aux droits et aux devoirs qui découlent du mariage».

Libello admissio et instructione causae inchoata, necnon constituto curatore conventae decreto Exc.mi Episcopi Nicensis, dubia ita concordata sunt:

«An contet de nullitate matrimonii, in casu:

1.º) ob defectum discretionis iudicii a parte mulieris conventae;

2.º) ob incapacitatem ad onera matrimonialia assumenda ex parte eiusdem».

Quibus tribunal primae instantiae sua sententia diei 28 februarii a. 1978 responsum dedit negativum.

Appellavit actor tribunali Aquensi, quod, accuratissimo inquisitionis supplemento peracto aliisque binis peritis deputatis, sententiam tulit die 17 martii a. 1983, qua confirmavit decisionem primi gradus super priore capite et infirmavit super altero.

Provocantibus tum vinculi defensore tum conventae curatore ad Nostrum Apostolicum Tribunal, actor instituit penes Supremum Signaturae Aposto-

lica Tribunal ut causa pertractaretur et definiretur in tertia instantia apud aliquod gallicum tribunal potius quam Nostro Apostolico Tribunali; ast Signatura die 26 iulii rescripsit causam ad Rotam Romanam deferendam esse.

Causa ergo Nobis definienda est iuxta formam dubii ita concordatam.

«An constet de nullitate matrimonii, in casu, OB INCAPACITATEM MULIERIS CONVENTAE ASSUMENDI ONERA MATRIMONIALIA».

Caput enim defectus discretionis iudicii duplici iam negativa decisione dimissum est.

IN IURE

Plene probandam censent Patres sententiam Aquensem sese referentem normis novi Codicis Iuris Canonici etsi nondum promulgati (ac de se non respicientis matrimonium in casu), siquidem «ces textes sont l'expression de la loi divine interprète par l'Eglise, comme de la jurisprudence sur laquelle nous pouvons avec sécurité nous appuyer». Potest ideo et debet, accipi, ad hunc casum definiendum, can. 1095 novi Codicis, qui, praeter eos qui usu rationis carent vel gravi defectu discretionis iudicii circa iura et officia matrimonialia essentialia mutuo tradenda et acceptanda laborant, in n. 3.º incapaces matrimonii contrahendi eos edicit «qui ob causas naturae psychicae obligationes matrimonii essentialis assumere non valent».

Jam quidem legebatur in Sententia Rotali coram PARISELLA, diei 18 decembris a. 1980:

«Haec incapacitas ... imprimis haud dubie tria matrimonii bona coniugalia respicit; praeter tamen elementum biologicum in iur perpetuo exclusivique posito 'in ordine ad actus per se aptos ad proles generationem', HUIUSMODI INCAPACITAS COMPREHENDIT QUOQUE INTIMAM VITAE COMMUNITATEM, id est CONIUGALEM STABILEMQUE INTERPERSONALEM

NECESSITUDINEM SEU RELATIONEM, IN DUARUM PERSONARUM DONATIONE POSITAM (Gaudium et Spes, n. 48).

Caute sane procedendum est in ista incapacitate constabilienda, etiamsi a medicis in re peritis conclamata; uti scite scribit cl. POMPEDDA, Nostri Apostolici Tribunalis Auditor:

«E' illegittimo attribuire alle scienze positive un compito squisitamente giuridico ed in campo formalmente giuridico, ma è anche pericoloso perchè introdurrebbe criteri propri delle scienze esatte o delle indagini sperimentali nell'ambito di esclusiva competenza del diritto; la scienza medico-psichiatrico-psicologica sarà sempre utilissima, ed anche necessaria per conoscere una parte della realtà psichica dell'individuo, ma resterà sempre nella sfera dell'indagine giuridica stabilire se quella realtà comprovata sia adeguata o memo ad instaurare un rapporto formalmente giuridico, ad assumere oneri ed obbligazioni quisitamente di natura etico-giuridica» (Annotazioni circa la incapacitas assumendi onera coniugalia, in *JUS CANONICUM*, T. XXIII, n. 43, a. 1982, pag. 199).

Et etiam: «Capacità o incapacità qui significa abilità o inabilità ad instaurare *lo stato matrimoniale*, cioè quella condizione stabile, *immutabile* e perpetua (nei suoi elementi sostanziali), ma perfettibile cioè *mutabile* nella sua modalità che è appunto *il matrimonio in facto esse*» (ibid., pag. 198).

Causas inter psychicas quae eiusmodi incapacitatem determinant, absque dubio *paranoia* recensenda est, utpote constitutionalis abnormitas, de qua legitur in una Lugdunen. coram PARISELLA diei 3 iulii 1980:

«latet aetate iuvenili, maturatur et explodit decursu annorum, ideisque signatur delirantibus lente cohaerenterque se evolvantibus usque ad extremos verisimilitudinis limites. Huiusmodi delirium alitur et motum sumit ex quavis re seu vitae circustan-

tiis, et nititur valida memoria, iudicio rritico sat acuto, etsi unilaterali et aberranti, tenacibus opinionibus nullo admittentibus contradictionem».

Pressius ad casum hodie definiendum quod attinet, qui a peritis «psychose hallucinatoire chronique» nuncupatur, meminisse iuvabit s. d. «schematis evolutivi» a gallicis psychiatris clarae famae delineati:

«Une première période de durée variable: malaises subjectifs, inquiétude, méfiance. Troubles cénesthésiques (olfactifs) et sensations anormales fréquentes. G. Ballet insistait déjà sur l'importance des désordres affectifs. Le sujet devient méfiant, anxieux parfois, étonné devant les sensations anormales qu'il perçoit» (PERROT, Manuel Alphabétique de Psychiatrie, pag. 296, Psychoses hallucinatoires).

«Une deuxième période, dite 'd'état', où se précisent les hallucinations qui constituent le Syndrome de grand automatisme mental. Les hallucinations olfacto gustatives: souvent le malade se plaint d'odeurs nauséabondes de gaz asphyxiant qui enahissent sa maison» (MICHHAUX, Manuel de Psychiatrie, pag. 114).

«Le syndrome d'influence: Il constitue une donnée fondamentale, mais non exclusive des délires hallucinatoires. Le malade a la conviction d'une expérience projetée sur lui, d'une influence dont il ne saisit pas bien les motifs, mais dont il connaît bien la force et les effets... Cette influence est rarement bienveillante, ou neutre; en générale elle est néfaste, menaçante, impérieuse, accusatrice...» (MICHHAUX, Manuel de Psychiatrie, pag. 415).

«Dans une troisième période, la personnalité accuse un trouble de plus en plus profond: l'activité hallucinatoire poursuit son action dissociative, d'autres idées délirantes font leur apparition: idées ambitieuses le plus souvent» (PERROT: «Manuale Alfabétique de Psychiatrie»: Hallucinations, pag. 297).

«Les thèmes de grandeur sont plus

rares, ils sont aussi plus tardifs à tel point que les classiques décrivent dans la psychose hallucinatoire une phase mégalomanique; celle qui peut être expliquée par trois processus: un processus de terrain —un processus rationnel? un processus évolutif?» (MICHHAUX, Manuel de Psychiatrie, pag. 416).

IN FACTO

Hodie conventam gravi mentis infirmitate laborare manifestum est. Ipsa enim anno 1979 detrusa est ex officio in nosocomium psychiatricum, ubi adhuc degit.

Eodem anni, die 12 maii, mulier inspecta est a psychiatra doct. C. iussu tribunalis civilis intuitu custodiae filiolae Carolae actori concedendae.

In sua relatione medicus scripsit inter alia: «Je note une très grosse aggravation par rapport à mon précédent examen de 1973. Un syndrome délirant à bases d'hallucinations cénesthésiques et auditives est installé. Il s'interpénère avec de nombreuses interprétations, illusions et intuitions délirantes. Tout s'organise dans des thèmes persécutifs. L'on note également des idées mégalomaniaques... l'examen de Madame B. confirme la persistance des données franchement pathologiques déjà relevées lors du précédent examen de 1973. Bien mieux, les perturbations pathologiques se sont aggravées. Sont apparus des éléments hallucinatoires et des thèmes délirants, qui consomment la ruptura avec la réalité.

«Mme. B. s'enferme dans un système délirant qui ne débouche que sur des conduits pathologiques, les affirmations de base entraînent par elles-mêmes un retrait vis-à-vis de la réalité, des conflits avec l'entourage et même avec le monde extérieur dans son ensemble».

Die 20 februarii 1981 conventa in-

specta est a perito judiciali ab Aquensi ecclesiastico tribunali deputato doctore G. D., qui, diligentissimo examine praemisso actorum et conventa interrogata, ad easdem conclusiones pervenit:

«Mme B. présente une *psychose délirante avec hallucinations, délire à thème de filiation* (filiam enim se iactare pergit iducis de Windsor, ex-regis Angliae) *et de persécution*. Cette psychose est actuellement atténuée et a entraîné une réduction très importante de la vie affective et actuellement elle vit sur un mode très passif, sans activité et avec une vie relationnelle extrêmement restreinte».

Item ex actis plene constat infirmitatem eandem diuturno ante tempore conventam afficisse. Jam modo citatus doct. C., in relatione ex officio ei a tribunali civili nicensi requisita non dubitaverat scribere anno 1973 «que Mme B. *depuis plusieurs années* présente une *psychose délirante* qui a connu des poussées d'exacerbation aiguës et qui a nécessité divers examens d'ordre psychiatrique ainsi que des traitements appropriés, de la part notamment des Drs A. (Toulouse), B. et B. (Monaco), N., C., O., et G. (Nice)... Mais outre ces traitements, l'état de santé de Mme B. a causé de très sérieuses inquiétudes sur le plan du comportement général. Elle a fait état de syndrome de persécution et nous avons quelques écrits à ce sujet. Elle a traversé des épisodes dépressifs graves. Sur le plan conjugal, Mme B. a voulu divorcer et a quitté Toulouse sous l'emprise d'un syndrome persécutif pathologique. Puis elle a vécu jusqu'à l'été dernier en concubinage (civili sub respectu, uti patet) avec son ex-époux et elle a eu des enfants...».

Psychiatarum a doctore C. recensitorum, duo scriptum relaxarunt testimonium: Dr. P. M., atque doct. J. H. B.: Prior die 16 augusti a. 1973 actori scribebat: «Vous savez qu'elle (conventa présente un *syndrome de délire d'influence* (cuius significantia me-

morat adiuncta) ... Elle avait déjà présenté, au mois de *janvier 1971*, un état dépressif...».

Maioris autem momenti est alterius medici attestatic quippe aientis: «avoir donné mes soins à Mme V. J. *pendant les années 1966 et 1967* pour un état psychotique aigu interprétatif».

Patet ergo conventam quarto iam anno post nuptias peculiaribus curationibus subiici debuisse ob statum psychoticum eiusdem quidem naturae ac quo in praesens laborat.

Insuper documentum *anni 1965*, ab ipsa proveniens conventa, quae tolosano magistratui denuntiat commentionem «surveillance constante» publicae securitatis, confirmat delirium persecutionis, quod, uti supra a cl. mo auctore M. relatum est, huiusmodi infirmos in secundo morbi stadio plectere solet. (Similem denuntiationem mulier anno 1967 nicensi Procuratori Reipublicae mensura est).

Quod attinet ad antecedentem periodum silent documenta ac desunt directa medicorum testimonia.

Adsunt tamen argumenta, e quibus PP. moralem certitudinem traxerunt psychicam mulieris deordinationem nuptias praecessisse.

Prae primis, conventa iam tunc *halucinationibus s. d. olfactivis laborabat*. Id a primo usque vadimonio testatus est actor, cui minus recte sententia vadimonio testatus est actor, cui minus recte sententia primi gradus diffisa est; reapse quae mira vel haud viri similia videri poterant satis a viro explanata sunt ac dilucidata in interrogatorio coram Aquensi tribunali.

Porro ait ipse: «Ce qui m'a étonné chez J., c'est que quand j'allais la voir (ante nuptias), elle était toujours très occupée et elle avait l'air de faire passer ses affaires avant sa vie amoureuse. Il me semblait qu'elle était toujours inquiète et préoccupée. Elle reprochait à ses employées et même parfois à des clientes des choses inexistantes, comme *des odeurs désagréables* ou des grimaces à son en-

droit. Au commencement je n'y ai pas cru; je l'excusais et n'attachais pas assez d'importance peut-être.

Actoris asserta confirmata sunt a teste Susanna CAPY, quae operam suam qua concinnatrix praestabat in negotio a conventa Tolosae gesto ante matrimonium.

Addit testis: «C'est un comportement typique de Mile B. Certaines fois par exemple elle disait que ça sentait le brûlé et on cherchait d'où ça pouvait venir et on ne trouvait rien d'autant plus que personne ne fumait».

Item dicendum est de s. d. «*syn-drome influxus*»; ait ad rem actor:

«Pendant nos fiançailles, elle était déjà repliée sur elle-même, inquiète, très soucieuse... Je me souviens que lorsqu'elle rentrait chez elle seule, la nuit, en voiture, après une soirée, elle ne manquait de me téléphoner en pleine nuit, disans qu'elle avait été suivie par des inconnus; je la rassurais évidemment. Lorsque j'étais chez elle, elle redoutait de mystérieux appels téléphoniques, où personne ne parlait lorsqu'elle décrochait...».

Audiatum etiam testis CAPY: «Madame B. était irascible, coléreuse, nerveuse. Elle était très méfiante, elle avait toujours peur de se faire voler... Elle était difficile à vivre et à contenter... Quand une cliente ne lui plaisait pas elle se montrait désagréable et la cliente ne revenait pas. Le matin en arrivant je comprenais tout de suite à sa mine comment se serait la journée mais j'ignorais les problèmes qui pouvaient provoquer ces sautes d'humeur».

Dixerunt PP. hanc testem plenam fidem facere, quia, etsi singularis, veridica apparet utpote cohaerens et sobria; eius insuper testimonium quadrat cum rerum personarumque adiunctis, qualis sane est typus evolutionis infirmitatis conventae de quo supra disceptatum est (cfr. can. 1573).

Potissimum autem deferendum est complexui rationis sese gerendi con-

ventae erga actorem praesertim continentur post nuptias.

Enarrat actor: «Le voyage de nocces a eu lieu a St. Sébastien en Espagne. Il a duré huit jours. J'ai été surpris de constater que Jacqueline n'a fait que dormir pendant les premières jours. Le mariage n'a pu être consommé durant le voyage de nocces...»

«Ce n'est que beaucoup plus tard que la consommation du mariage a eu lieu, si bien que pendant longtemps je me suis demandé si Jacqueline ne m'avait pas épousé pour ma situation...»

«La vie commune a été troublée dès le départ à cause de ce qui s'est produit pendant le voyage de nocces, ensuite parce que Jacqueline avait donné congé pour l'appartement *sans rien me dire*...»

«Elle continuait d'ailleurs d'avoir le même comportement bizarre à l'égard des employées aussi bien qu'à l'égard des clientes».

Nota etiam dignum est quod conventae ingenium, semper deordinatum sese praebens, de die in diem in peius versum est usque ad annum 1965 quo repente divortium viro imposuit; neque praetereundum eam ex solito «delirio influxus» sese transferre voluisse de Tolosa ad regionem nicensem ubi miris in adiunctis vitae consortium cum viro, divortio minime obstante, restituit, binis generatis liberis, dum deliria augebantur ita ut psychiatricis curationibus sese subicere debuerit.

Audiantur autem periti, circa tempus quo psychica conventae deordinatio initium cepit.

Doctor C., peritus civilis tribunalis:

«Je pense que l'aménagement psychotique se trouve bien dans la première enfance et dans l'adolescence. Je pense que les racines de l'aménagement psychotique de la personnalité se trouvent dans les trente premières années, dans la plupart des cas».

Doctor H. D., peritus ex officio ab

ecclesiastico tribunali Massiliensi deputatus, habet:

«Avant le mariage, Madame J. B. présentait déjà des «bizarreries» de caractère, une agressivité injustifiée et des hallucinations oflactives, de mauvais pronostics. Après le mariage, en voyage de noces, Mme B. semble se réfugier dans le sommeil... Ce comportement est plutôt inhabituel pour une jeune mariée normale.

«La consommation du mariage, effectuée 'beaucoup plus tard', témoigne d'un refus ou d'une phobie, signe d'un caractère fortement perturbé. Un syndrome délirant avec hallucinations et interprétations signe un *état psychotique* et implique une *constitution pathologique*, possiblement héritée (*un neveu débile*).

«La persistance des symptômes confirme *l'organicité de la maladie et sa gravité*. La situation créée par le mariage a révélé, en l'exacerbant, un *déséquilibre psychotique prééxistant*...

«L'amélioration obtenue par le traitement ne visait que des symptômes, ainsi atténués, mais ne pouvant atteindre le *fond mental perturbé originellement*, d'où l'explication des rechutes et la répétition à Nice de l'échec commercial de Toulouse».

Denique peritissimus a tribunali secundae instantiae deputatus, doctor J. O., etsi non videatur adhaerere opinioni periti Decombes circa organicam naturam infirmitatis conventae, easdem tamen conclusiones adipiscitur quoad quaestionem definiendam:

«Ni au plan physique ni au plan moral et psychologique Mme B. *n'était en mesure d'assumer les conditions d'une vie conjugale*... Même si l'évolution psychotique ne s'est pas produite ultérieurement, les anomalies du comportement au cours du voyage de noces et pendant les mois qui suivirent, *témoignent de l'incapacité d'assumer les obligations conjugales*».

Simul peritissimus efficaciter confutavit opinionem alterius periti ab aquensi tribunali deputati, doctoris Guidonis Darcourt, qui consideraverat

signa deordinationis mentis conventae temporis praenuptialis necnon primi temporis post nuptias, minime gravia ideoque inepta ad probandam infirmitatis praeexistentiam. Idem est error cui indulserunt iudices primi gradus defensor vinculi deputatus coram Nostro Apostolico Tribunali.

Contra, symptomata illa remota non possunt nec debent seungi et avelli ab ulteriore cursu infirmitatis, eo vel magis quod non agitur de amentia nec de defectu discretionis iudicii in praestito consensu, sed de incapacitate conventae assumendi obligationes matrimonii essentialia; quare totus complexus causae indagandus sedulo est. Unde PP. subscribunt animadversionibus peritissimi OLIVER:

«L'existence, chez Madame B., de troubles psychotiques importantes au moment du mariage apparaît comme certaine. L'évolution ultérieure ne modifie rien quant à la capacité de la malade d'assumer les obligations conjugales au moment où elle a pris la décision du mariage.

«*L'évolution ultérieure vers une psychose grave, a pour l'expert, l'intérêt d'éclairer et faciliter de diagnostic et de confirmer rétroactivement la nature du désordre psychique.*

«L'évolution vers une décompensation psychotique n'est cependant pas nécessaire à la constatation et à l'affirmation de l'existence d'une anomalie psychique grave, chez Madame B., au moment du mariage».

Pressius quod attinet ad obligationes essentialia matrimonii quibus suscipiendis impar erat conventa nuptiarum tempore, iam scite scripserat primus peritus Decombes:

«L'état dépressif de Madame B., peu après le mariage, met en cause, non le mari, mais la *situation conjugale elle-même, inacceptable pour un egocentrisme pathologique ainsi affirmé*... une personnalité délirante et persécutée chronique est *centrée exclusivement et farouchement sur elle seule* Les mêmes effets relèvent des mêmes causes psychiques

inchangées et expliquent *l'impossibilité d'adaptation durable de Madame B. à toute relation équilibrée, tant sociale que MARITALE*».

Putant idcirco Patres conventam iam cum matrimoniam praestitit consensum, implicatam esse a suae infirmitatis processu evolutivo a qua sese liberare haud potuisset; quapropter incapacem existisse ad relationem interpersonalem cum altera contrahente parte constabiliendam, ideoque ad onera coniugalia essentialia assumenda.

Quibus omnibus sive in iure sive in facto perpensis, Nos infrascripti Patres Auditores de Turno, pro Tribunali sedentes et solum Deum prae oculis habentes, Christi Nomine invocato, declaramus et definitive sententiamus, dubio proposito respondentes:

AFFIRMATIVE, seu CONSTARE DE NULLITATE MATRIMONII, in casu, OB INCAPACITATEM MULIERIS CONVENTAE ASSUMENDI ONERA MATRIMONIALIA-

VETITO EIDEM MULIERI transitu ad novas nuptias, inconsulto Nostro Apostolico Tribunali.

Ita decernimus, mandantes Ordinariis locorum et Administris Tribunalium, ad quos spectat, ut hanc Nostram Sententiam definitivam executioni tradant et adversus reluctantes

procedant ad normam sacrorum canonum, iis adhibitis executivis et coercitivis mediis, quae pro rerum adiunctis efficaciora et opportuniora existura sint.

Romae, in Sede Tribunalis Romanae Rotae, die 5 martii 1985.

Ernestus Fiore, Ponens
Nicolaus Ferraro
Bernardus de Lavarsin
Aegidius Turnaturi, Not.

Ex Cancellaria Tribunalis Romanae Rotae, die

Aegidius Turnaturi, Not.

Haec sententia, cum sit alterius sententiae confirmatoria, fit executiva (can. 1684, § 1).

Ideo ius est parti actrici, seu d.no G. V., sententiae notificatione accepta, novas contrahendi nuptias, nisi aliud obstet canonicum impedimentum (cf. can. 1684, § 1).

Idem ius non competit parti conventae, seu d.nae J. B., cum eidem appositum sit vetitum transitus ad alias nuptias, inconsulto Nostro Apostolico Tribunali.

Ex Cancellaria Tribunalis Romanae Rotae, die

Aegidius Turnaturi, Not.